

EL ANALISTA P. LUCAS WADDING, O. F. M. (1588-1657), Y SUS RELACIONES CON LA PENINSULA IBERICA

por MANUEL DE CASTRO, O. F. M

SUMMARIUM.—*P. Lucas Wadding natus est Watterford in Hibernia, 16 oct. 1588. Cum adhuc esset puer, pervenit Ullisipponem ubi prima litterarum rudimenta in hibernorum collegio didicit. Mense sep. 1606 habitum fratrum Minorum in conventu de Motozinhos induit; mox, triennio studiis theologicis in Universitate conimbricensi cum operam dedisset, sacro presbyteratus ordine 1613 in civitate Visensi insignitus est.*

Deinde, plura cenobia Provinciae Portugalliae perlustravit; anno autem 1618, occasione cujusdam Capituli Provincialis, ab Antonio a Trejo, Vic. Grati., praeside, Provinciae Sti. Jacobi adscriptus est. In Hispania multos quoque conventus adivit, in conventu autem Sti. Francisci Salmanticae, apud insignem Academiam aliquot annos sacram Theologiam et didicit et professus est.

Anno 1618 Antonio a Trejo, Episcopo Carthaginensi, Philippi III ad Paulum V Oratores, in causa Immaculatae Conceptionis Btae. Mariae Virginis, Romam aedeunte, ut theologus ei adscitus est, qua occasione celeberrimum opus cui titulus Legatio Philippi III, exaravit. Multa alia opera conscripsit, inter quae proculdubio eminent Annales Minorum, qui Romae prodierunt ab anno 1654 et deinceps, octo tomis distributi, totam franciscalis Ordinis historiam chronologice exhibentes usque ad annum 1540.

Benignus a Janua, Min. Gralis., litteris encyclicis, 20 apr. 1619, ad Superiores totius Ordinis directis, praescripsit ut cujusque Provinciae historiam texere curarent in Urbemque mitterent, istius magni operis apparandi gratia. Relationes autem provinciarum Hispaniae, quae uberrimae erant, saepe sub nomine «Monumenta» citantur ab Annalista, qui et aliis editis scriptis usus est. Wadding obiit Romae anno 1657.

Es muy antigua la costumbre de que hispanos e irlandeses se visiten y conozcan personalmente. Sin ir más lejos ¹ del siglo XIII, escribe Gonzaga ² que uno de los compañeros que con San Francisco visitaron el sepulcro del Apóstol Santiago de Compostela, pasó desde esta ciudad a

1. Las relaciones antiguas entre España, principalmente Galicia, e Irlanda, concretamente en lo que se refiere a la Torre de Hércules y el rey Breoghan, pueden estudiarse en: M. MURGÍA, *Historia de Galicia*, 2 ed., I, 1901; pp. 504-506. Id., *A historia d'El-Rei Breogan e dos fillos de Mil, asegùn o Lehbar Gabhala*, en Nos, 15 de feb., de 1931, n. 86 ss. F. MACIÑEIRA, *Bares, puerto hispánico de la primitiva navegación occidental*, Santiago, 1947, pp. 283-287.

2. FRANCISCO GONZAGA, O. F. M., *De origine seraphicae religionis franciscanae eiusque progressibus*, Roma, 1587. *Prov. Hyberniae*, p. 981.

«Salmanticensis», 5 (1958).